

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Terentii Andria Germanice Reddita et Scholijs illustrata.  
Ioann. Agri. Isleb. Avtore**

**Terentius Afer, Publius**

**Berlin, 1544**

Actvs qvarti scena secvnda

[urn:nbn:de:bsz:31-129051](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-129051)

ANDRIA  
ACTVS QVARTI. SCE.  
NA SECVNDA.

Iambici tetrametri Caractici.  
MYSIS ancilla. PAMPHILVS  
CHARINVS adolescentes.  
DAVVS seruus.

Iam, vbi ubi erit, inuentum tibi curabo,  
& mecum adductum.  
Tuum Pamphilū. tu modo anime mi,  
noli te macerare,  
PAM. Mysis. MY. quid est? hem Para.  
optume mi te offers,  
PAM. Quid est? MY. Orare iussi si se  
ames, Hera iam ad te venias.  
Videre ait te cupere PAM. vah, perij.  
hoc malum integrasce.  
Siccine me atq; illam opera tua nunc  
miseros sollicitari?  
Nam idcirco accersor, nuptias mihi ad  
parari sensit.  
CH. Quibus quidem quam facile pos  
serat quiesci, si hic quiesceret

ad

## TERENTII.

Da Age si hic nō insanit satis sua spon  
te, instiga. My. atque ædopol.

Ea res est, propterea que nunc misera in  
mœrore est. PAM. Mytis,  
Per omnes tibi adiuro deos, nuncq̃. eam  
me deserturum.

Non, si capiundos mi sciam esse inimi  
eos omneis homines.

Hanc mihi expertui. contrigit. conveni  
unt mores. valeant.

Qui inter nos diffidium volunt, hanc  
nili mors, mihi adimet nemo.

CH. Respisco. PAM. non Appollinia  
magis verum, atq̃ hoc responsum est.  
Si poterit fieri, vt ne pater per me steti  
sse credat,

Quo minus hæ fierent nuptiæ volo. sed  
si id non poterit,

Id faciam, in proclui quod est, per me  
stetisse vt credat.

Quis videor? CHA. miser æque, atq̃  
ego. DA. consilium quaero. CHA.  
fortis.

PA. Scio, quid conere. DA. hoc tibi  
profecto effectum reddam.

PAM. iam hoc opus est, Da. quin iam  
d iij habeo

# ANDRIA

habeo. CH. quid est? Da. huic non tibi  
habeo, ne erres.

CH. Sat habeo. Pam. quid facies? cedo  
Da. dies hic mihi ut satis sit uereor.  
Ad agendum. ne vacuum esse me nunc  
ad narrandum credas.

Proinde hinc vos amolimini, nam mihi  
impedimento estis.

Pam. Ego hanc uisam. Da. quid tui  
quo hinc te agis? CHA. verum vis  
dicam? Da. imo etiam

Narrationis mihi incipit initium. CHA.  
quid me fiet?

Da. Eho tu impudens, non sat habes,  
quod tibi dieculam addo.

Quantum huic promoueo nuptias?

CHA. Daue, attamen. Da. quid ergo?

CH. Ut ducam. Da. ridiculū. Cha. huc  
face, ad me uenias, siquid poteris.

Da. Quid ueniam? nihil habeo. Cha.  
attamen siquid. Da. age ueniam. Cha.  
siquid,

Domi ero. Da. tu Mysis dum exeo,  
parumper me opperire hinc.

M. Quapropter? Da. ita factu opus est,  
My. matura. Da. iam in quā hinc adero.

ACVVS